Edit.

Portant confirmation de l'ordonnance faitte par le Comte d'armagnac Lieutenant du Roy dans le Languedoc en conséquence de l'assemblée des trois états tenuë à Toulouze au mois de Septembre 1356.

fevrier 1356.

Carolus Regis franciæ Primogenitus, Ejusquè locum tenens, Dux Normaniæ, Et Dalphinus Viennensis: Notum facimus Universis tàm présentibus, quàm futuris, — nos vidisse quasdam Litteras Sigillo charissimi, et fidelis Consanguinei nostri Comitis — armaigniaci, locum tenentis dicti domini, — et Genitoris nostri in Patriâ linguæ occitanæ, ut primâ facie apparebat ~~quarum~~ Sigillatas, quarum Litterarum tenor Sequitur: et est in hæc verba..

Johannes Comes Armaniacensis, fesensis, —

Memorial C. de la ch. des Comptes fol. 248. R.

et Ruthenensis, Vicecomes Leumanensis, et a bas Villaris &c.

Articulo 4°. Sané pro majori, et Evidentiori Utilitate Regiâ, Reipublicæ, et Subjectorum Regiorum, etiam Stipendiarii libentius, et promptius velint laborare, et debitum servitium præstare in dictis guerris, et exercitibus, et ut populares cum minori incommodo possint pecunias debitas pro dictis Stipendiis habere, et solvere, retinuerunt expresse, et retentionem, et concessionem specialem per nos nomine Regio sibi fieri petierunt, ut in tota Linguâ Occitanâ, in locis, et monetagiis consuetis, fiat pecunia aurea; videlicet Mutones auri nunc currentes, ponderis, et legis nunc existentis, et currentis, qui habeant cursum dumtaxat ad triginta Solidos Turonenses: et monetam nigram, et albam ad Valorem marchæ argenti Septem librarum octo Solidorum Turonensium, correspondentem

dicto denario auri: Videlicet,

Le gros denier donra-on cours pour douze deniers tournois la piece, a six deniers de loy, argent le Roy, et de six sols huit deniers de poids au marc de Paris.

Les doubles Tournois auront cours pour deux deniers Tournois la piece, a deux deniers douze grains de loy argent le Roy, et de seize sols huit deniers de poids au marc de Paris.

Item. L'aignel aura cours pour trente sols Tournois.

Et soit mandé par toutes les bonnes villes, aux foires, et marchiez et lieux, que l'en ne le mette, ne prenne pour plus; et qui sera trouvé faisant le contraire, quil soit pris lui, et sa monnoye, pour en faire complement de droiture, car autrement lad. monnoye ne se pourroit bien soutenir.

Ita, et sub tali forma, quod Dominus noster Rex in qualibet marcha argenti, solum lucretur, et habeat pro forma, et factura decem solidos Turonenses, vel minus, et non ultra: Et quod Dominus noster Rex, ejus gentes, qui suo locum tenent Regius, vel ejus Thesaurarii generales,

vel particulares, vel quicumque magistri moneta-
rum regiarum générales, vel speciales, nihil in
prædictis habeam immutare, vel aliquid de monetis
redigendis ex impositione prædicta, recipere, vel
habere: et quod si contrarium facerent, vel
attemptarent, quod Thesaurarii dictorum nobilium,
et Communitatum statim prædicta habeant
notificare gentibus utriusque Status in Senescal-
-liis prædictis, et quod tunc in prædictis casibus,
nobiles, et Communitates, ac populares dictæ
linguæ occitanæ possint, et eis liceat, et inconti-
-nenti ipso facto resilire impuné; nisi tamén
dictus Locum tenens priús de prædictis legitimè
certifficatus, prædicta revocaret, et ad statum
pristinum reduceret, et absqué cujuscumque
superioris licentiâ ab oblatione prædicta, et
eam totaliter, et omninò derelinquere; et quod
Thesaurarii dictarum Senescalliarum, si quid
haberent, quod esset levatum ex oblatione prædicta,
penés se retineant, quousqué per gentes depu-
tandas á dictis tribus Statibus fuerit ordinatum.
Datum Parisiis anno Domini 1556.° mense februarii.
Per dominum Ducem in suo magno consilio, in quo
erant Domini Episcopi Parisiensis, Nivernensis, et Morinensis
Domini, aurelianensis, andegavensis, Britanniæ, alen[illegible]
et Blesiaci Duces, et comites, ac Domini de Clevillo, de
Meullento, de Tarenchereis, de Lupiaco, et Johannes
Dyonisius./. Cette ordonnance contient neuf [illegible]
dont les huit autres ne concernent point la
Monnoye./.